Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36533
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



114

michi socia ipsa dedit mihi de ligno et comedi. Ipsa quoque mulier
inquisita respondit. Serpens decepit me et comedi. Ad hoc
quippe requisitus est peccatum quod transgrediendo commiserant. Esu
endo deliquerunt. Unde et serpens illi persuasor qui non erat revocan
d[illegible] usque adhuc non est de culpa requisitus. Interrogat itaque homo et
ubi esset ut perpetrata culpa respiceret. et esurendo cognosceret
quam longe a deitatis sui facie abesset. Si ad habere sibi utique de
fensionis magis solatia quam confessionis elegerit. Cuique excusare peccatum
voluit uir per mulierem. mulier per serpentem. auferre culpam quam tue
ri conatus est. Obliquo adam dominum tangens. quod ipse peccatorum auc
tor extiterit qui mulierem fecit. et eius culpam ad dominum referens.
quod serpentem in paradiso posuisset. Qui enim ore diaboli fallentis audi
derat eritis sicut dii. quia do similes et indiuinitate nequiuerit.
aderroris sui cumulum dum sibi facere similis in culpa conatus sunt.
Sic quoque reatum suum dum defendere moliuntur. addiderunt. ut culpa eo
atrocior discussa fieret. quam fuerat perpetrata. Unde nunc quoque
humani generis rami et hac ad huc radice amaritudinem trahunt.
et cum deuitio suo quisque arguitur. sub defensionum uerba quasi sub
quedam se arborum folia abscondit. et uelut adquedam excu
sationis sue opaca secreta facie cognitoris fugit. dum non
uult cognosci quod fecit. In qua scilicet occultatione non se domino.
sed dominum abscondit sibi. Agit quippe ne omnia uideantur uidere.
non autem ne ipse uideat. quo contra cuique peccatori iam exordium
illuminationis est humilitas confessionis. quia sibimetipsi iam
renuit quod malum non erubescit esse fecit. et qui defendendo
accusari potuit. accusando se celerrime defendit. Unde
et mortuo lazaro quod molle magna permebatur nequaquam de
reuiuisse. sed uenit foras. Et qua scilicet resurrectione que gesta in illo est corpore signat qualiter nos resuscitetur in corde.
cum uidelicet mortuo de. uenit foras. ut nimirum homo in pec
cato suo mortuus. et per molle male consuetudinis iam sepultus.
qui intra conscientiam suam abscensus iacet per inquietam ase